

Theology on *the Web.org.uk*

Making Biblical Scholarship Accessible

This document was supplied for free educational purposes.
Unless it is in the public domain, it may not be sold for profit
or hosted on a webserver without the permission of the
copyright holder.

If you find it of help to you and would like to support the
ministry of Theology on the Web, please consider using the
links below:



Buy me a coffee

<https://www.buymeacoffee.com/theology>



PATREON

<https://patreon.com/theologyontheweb>

[PayPal](#)

<https://paypal.me/robbadshaw>

A table of contents for the *Journal of Theological Studies* (*old series*) can be found here:

https://biblicalstudies.org.uk/articles_jts-os_01.php

pdfs are named: [Volume]_[1st page of article]

*The Journal
of
Theological Studies*

JULY, 1916

DOCUMENTS

MAXIMUS OF TURIN AGAINST THE PAGANS.

CONTRA PAGANOS.

Est consuetudo seruis Dei omne opus | bonum in dicto uel in facto in nomine Christi adsumere quod perficiendum sit ad gloriam Dei, monente ita apostolo et dicente OMNIA QVAECVMQVE FACITIS IN DICTO VEL FACTO, OMNIA IN NOMINE CHRISTI FACITE | GRATIAS AGENTES DEO PATRI PER IPSVM. hodie iuuante Domino in ipsius nomine Christi saluatoris nostri **contra paganos** aciem instruimus et caelestia tela portamus, inimicos Christi ueritatis iaculis ferituri et contrarios hostes et perfidiae castra et superuacuas turres crebro ariete fidei prostratur; sequentes Iesum ducem, Dominum scilicet Christum, qui et per Iesum filium Naue successorem Moysi Hiericho superbæ ciuitatis muros destruxit et per apostolos suos huius mundi ELATIONEM EXTOLLENTEM SE ADVERSVM SCIENTIAM DEI usque ad fundamenta deiecit. age nunc contempletur istos paganos et eorum assertiones in medium proferamus.

Aiunt pagani fato omnia fieri | et nihil preces nihil orationes ualere, et idola ad deorum honorem et similitudinem coli, uel uniuersa elementa dicunt etiam deos et deas esse et habitare in caelis et in signis | et in stellis. uidemus igitur, fratres, istos paganos et astrologos uere fatuos et astrosos inanibus telis armatos et in isto proelio sine mora casuros. putant se superbis et elatis adrogantiae suae armis induitos allofylorum socii aciem Dei et Israheliticam uirtutem posse turbare; et non putant Dauitico lapide se facile posse prosterni. lapis hic Christus est Dominus noster, qui et ipsi Dauid uictoriam dedit et Goliae superbam frontem fastu temeritatis erectam potenti uirtute deiecit. hic Deus noster, hic Christus est DOMINVS CONTERENS BELLÀ, DOMINVS NOMEN EST ILLI, qui pro suo nomine pugnantibus seruis suis et proelium propter ueritate sumentibus semper adiutor esse consuevit.

Aiunt | ergo pagani fato omnia fieri, et circa genus humanum totum

V fol. 98 b : V' fol. 119 b CONTRA PAGANOS V*V' : INCIPIT CONTRA PAGANOS NON CHRISTIANOS V² (sae*c.* viii–ix)

i. fol. 99 a V 3. dicentem V' 4. fol. 120 a V' 10. Nauae V' superuac
V: superue V' 11. helationem V 14. fol. 99 b V praeces V 17. fol. 120 b
V' 19. superuis VV' 20. allofylorum V: ollofylorum V' 22. superuam V
27. fol. 100 a V

3. Col. iii 17 11. 2 Cor. x 5 24. Judith xvi 3

VOL. XVII.

esse fixum et immobile quidquid fatum habuerit uel decretum, et nihil preces | nihil orationes ualere. quibus primo breuiter dicimus et uelut 30 uno aratro fidei et secure ueritatis totam erroris eorum circumabscidimus et subuertimus siluam. si nihil ergo preces uel orationes ualent, o pagani, et totum fixum est, ut dicitis, quod fatum dederit uel decretum, cur uos deos et deas colitis, cur idolis immolatis, cur preces, cur tura et uictimas, cur uniuersa dona in templis inferitis? si totum fixum est et decretum et 35 nihil precibus nihil postulationibus indulgetur uel inpetratur, cur ergo supplicatis?

Sed dicunt Facimus ista ne noceant. quibus dicimus Quomodo possunt nocere qui non possunt praestare? et quia uere nihil nec nocere nec praestare possunt, canum custodia circa eos deos quos dicitis uestros | 40 et custodum uigilantia contestatur; quando enim eos inueniunt fures, abripiunt adque confractos distrahunt.

Tu dicas fato omnia fieri: sed quae tu dicas fato fieri, nescio qua opinione incerta, ego dico uoluntate uel permissu Dei fieri, quia [Deus] PATER omnia POSVIT IN SVA POTESTATE, et nihil fit nisi quod Dominus 45 ipse uoluerit | uel fieri ipse permiserit. uis uidere prophetas et apostolos nostros, quanta faciebant non fati uirtute sed fide et adiutorio summi Dei et diuina potentia Christi: ecce, et confractos restituebant quos dicitis fato uexari, pariter et infirmos curabant, mortuos suscitabant, caecos inluminabant et claudos erigebant—et nihil a fato petebant sed 50 totum, ut dixi, sinceritate fidei et diuinis opibus et miserationibus adinplebant.

Fato dicas omnia fieri. sed STULTUS STULTA LOQVITVR ET COR EIVS VANA INTELLEGIT, et sicut ille aiebat Tullius in Hortensio dicens ‘Auia mea dicebat hoc quod Stoici dicunt, fato omnia fieri; mater autem mulier 55 sapiens non existimauit.’ et nos possumus dicere in ueritate quia auia nostra, id est error antiquus et gentilis stultitia, hoc dicebat: nam mater mulier sapiens, mater scilicet aecllesia quae nos spiritali genuit partu, numquam hoc arbitrata est, quae scit filium accepisse a patre OMNEM

28. immouilem V quiquid V' 29. fol. 121 a V' uale V brebiter V
 30. circumabscimus V* 31. tr siluam et subuertimus V' silbam V praeces V
 32. cur quinques: quur quinques V' 33. praeces V 34. et 1°: + iam V' 35.
 praecibus V potulationibus V* quur V' 36. suplicatis V' 37. quibus
 dicimus . . . distrahunt (l. 41) V: uana est ista excusatio nihil enim nocere possunt
 qui aliquid prestare non possunt (*ceteris omissis*) V' 38. 39. prestare bis V 39.
 fortasse transponendum circa eos quos dicitis deos uestros 40. fol. 100 b V 41.
 distraunt V 42. que V' nescio . . . incerta: om V' 43. fieri: + omnia V'
 Deus V: om V' 45. fol. 121 b V' prophetas V' apostolos V 46. fide
 et V: om V' summi V: om V' 48. fatos V 49. caecos: *praem* et V' et
 2°: e V 54. quod stoici dicunt V': quo stoici V 55. abia VV'

44. Act. i 7 52. Is. xxxii 6 53. ex opere Ciceronis deperdito Hortensius siue
 De philosophia fragmentum alias ignotum 58. Mt. xxviii 18

POTESTATEM IN CAELO ET IN TERRA, | dominum Christum, et quia ipse habet omnem potestatem in caelo et in terra, ideo in nomine eius tantas 60 uirtutes fecerunt discipuli ipsius, qui et dicebat PETITE ET ACCIPIETIS, QVAERITE ET INVENIETIS PVLSATE ET APERIETVR VOBIS. utique quando hoc dicebat, ab erroribus et daemonibus, qui fata fingunt et nihil preces ualere contendunt ne deus rogetur et eorum operae dissoluantur, ideo populos Dominus ad se trahebat, ut fides in Deum plurimum posset et 65 non diffidentia praeualeret.

Fato dicis, inpudens, | omnia fieri, et addis nihil preces nihil orationes ualere. quantum uero preces uel orationes fidelium ualeant, sacra omnium diuinorum uoluminum monumenta loquuntur, et uolentibus nosse facilis aditus conceditur ad salutem. ergo non fato quidquam 70 geritur, sed omnia factoris mundi prouidentia gubernantur.

Nam de idolis uel de elementis, quos pagani aestimant deos, audite breuiter, | fratres, beatum prophetam nostrum paganos istos deridentem de superuacuis eorum et ita dicentem IDOLA [inquit] GENTIVM ARGENTVM ET AVRVM, OPVS MANVVM HOMINVM : OS HABENT ET NON LOQVVNTVR, 75 OCVLOS HABENT ET NON VIDENT, AVRES HABENT ET NON AVDIVNT et cetera quae ibi sequuntur. interrogo te, pagane, si uelis talis esse quales illi quos colis, sine anima sine sensu sine motu sine aliquo uitali intellectu. hoc ergo maledictum putas : desine igitur tales colere quorum te similitudo | sollicitat et quorum comparatio dehonesta. 80

Sed dicunt pagani Nos solem et lunam uel stellas et uniuersa elementa colimus et ueneramur. contra quos iterum dicit sermo diuinus VANIS VNT OMNES HOMINES QVIBVS NON SVBEST DEI SCIENTIA NEQVE EX HIS QVAE VIDENTVR POTVERVNT INTELLEGERE QVID SIT AVT OPERIBVS ADTENDENTES AGNOVERVNT QVIS ESSET ARTIFEX, SED AVT IGNEM AVT SPIRITVM | 85 AVT CITATVM AEREM AVT GYRVM STELLARVM AVT NIMIAM AQVAM AVT SOLEM AVT LVNAM DEOS PVTAVERVNT. QVORVM SI PROPTER SPECIEM HOC AESTIMAVERVNT, SCIANT QVANTO HIS DOMINVS SPECIOSIOR EST : SPECIEI ENIM CREATOR HAEC OMNIA CONSTITVIT. AVT SI IN VIRTUTE ET OPERIBVS EORVM MIRANTVR, INTELLEGANT AB IPSIS QVONIAM QVI HAEC 90 CONSTITVIT FORTIA FORTIOR EST ILLIS. et Paulus apostolus dicit INVISIBILIA ENIM DEI A CREATVRA MVNDI PER EA QVAE FACTA SVNT

59. fol. 122 a V' 60. omnem : om V' 62. querite VV' 63. ab erroribus et daemonibus VV' (*praepositio ab pendet, ut uidetur, a uerbo trahebat l. 65 infra*) praeces V 64. dissolbantur V 67. fol. 101 b V tr. addis et V praeces VV' 68. praeces V 69. locuntur V' 73. brebiter V fol. 122 b V' 74. ita V' : om V inquit V' : om V 75. manum V' locuntur V' 76. aures... audiunt V : om V' 77. quae ibi sequuntur V : om V' 80. fol. 102 a V 84. que V quid sit VV' : fortasse legendum qui sit intendentis V' 86. fol. 123 a V' aut citatum... intellegant ab (l. 90) V : multilus et ad initium et ad finem linearum V'

60. Cf. Mc. xvi 17 61. Cf. Mt. vii 7, Lc. xi 9 74. Ps. cxxxiv (cxxv) 15-17
82. Sap. xiii 1-4 91. Rom. i 20-23

INTELLECTA CONSPICIVNTVR, SEMPITERNA QVOQVE EIVS VIRTVS ADQVE
 DIVINITAS; | VT SINT INEXCVSABILES, QVIA CVM COGNOSSENTE DEVVM
 95 NON VT DEVVM MAGNIFICAVERVNT AVT GRATIAS EGERVNT SED EVAN-
 ERVNT IN COGITATIONIBVS SVIS ET INTENEBRATVM EST INSPIENS COR
 ILLORVM. DICENTES ENIM SE ESSE SAPIENTES STVLTI FACTI SVNT ET
 INMVTAVERVNT GLORIAM INCORRVPTIBILIS DEI IN IMAGINEM CORRVPTI-
 BILIS HOMINIS ET VOLVCRVM ET QVADRVPEDVM ET SERPENTIVM et
 100 cetera.

Ergo AVT IGNEM | ait AVT SPIRITVM AVT CITATVM AEREM AVT GYRVM
 STELLARVM AVT NIMIAM AQVAM AVT SOLEM AVT LVNAM DEOS PVTAVE-
 RVNT.

IGNEM colunt pagani, et deum dicunt qui aqua restinguunt aut terrae
 105 iactu conprimuntur. ignem colunt pagani qui ligni fomento nutritur.
 ignem colunt pagani uero aeterno igni arsuri. [sed forte fulgura colunt.
 ut quid ista colunt? non enim motibus suis sed imperio Dei aguntur,
 sicut sol et luna, pluviae aequae et stellarum cursus, uentorum motus et
 nubium transitus.]

110 SPIRITVM AERIS | et uentorum uenerantur. sed ista rerum Domino
 famulantur, sicut scriptum est FLABIT SPIRITVS EIVS ET FLVENT AQVAE,
 et itérum QVI PRODVCIT VENTOS DE THESAVRIS SVIS, adhuc autem ait
 IGNIS GRANDO NIX GLACIES SPIRITVS PROCELLARVM QVAE FACIVNT
 VERBVM EIVS.

115 GYRVM STELLARVM colunt pagani, ab artifice Deo perfectum ad mundi
 ornatum discriminato decore compositum. AQVAM colunt [pagani] quae
 ad usum non solum hominum sed et pecorum et ceterarum rerum largi-
 tate creatoris | effunditur. SOLEM ET LVNAM colunt, cum uideamus et
 orientem et occidentem solem sic currere ut ei constitutum est, unde
 120 intelligitur neminem posse indesinenter currere et seruitio suo insistere
 nisi qui sub domino sit et qui habeat imperantem. nam neque luna
 crementum uel detrimentum pateretur nisi uoluntate et arbitrio conditoris;
 et sol si in sua potestate esset perpetua luce fulgeret | et noctis
 spacia occuparet et unum semper faceret diem. aut certe luna idem
 125 fecisset; occupasset diem et unam simul faceret noctem. sed non
 possunt a legibus discedere conditoris.

94. fol. 102 b V 96. intenebratu V' insipies V 97. illo V' 99. serpentum
 V 101. fol. 123 b V': *a summa pagina usque ad conprimitur ignem (l. 105) multilus*
105. ligni: ligno VV'; fortasse legendum ligneo 106. uero V': *om V* sed forte
 ... transitus (l. 109) V: *om V'* 107. monitibus V*: 108. plubiae V aequae:
 eque V; *fortasse legendum aquae* 110. spiritum V': + ergo V fol. 103 a V III.
 scribunt V' flauit V' 112. tesauris V ait V: *om V'* 113. que: que V:
 qui V' 116. pagani V': *om V* 118. fol. 124 a V': *usque ad pateretur (l. 122)*
uel uix uel non legibilis 123. et V: *plura habet (sex fortasse litteras) V'; sed quid,*
incertum fol. 103 b V: *usque ad sed non (l. 125) uix legibilis*

Videmus et nascentia terrae, succendentibus sibi temporibus, Dei imperio famulari, et stellas suum ordinem sequi, maria aequa suis finibus contineri. et ideo clamat propheta sanctissimus, dicens ad Dominum Deum nostrum QVAM MAGNIFICATA SVNT OPERA TVA DOMINE, | OMNIA 130 IN SAPIENTIA FECISTI. REPLETA EST TERRA CREATVRA TVA: HOC MARE MAGNVM ET SPATIOSVM, ILLIC REPENTIA QVORVM NON EST NVMERVS, ANIMALIA PVSILLA ET MAGNA. hic est Dominus Deus noster, de quo quidam sanctorum dicebat 'Qui caelum alta sublimitate suspendit, terram deiecta mole solidauit, maria soluto liquore diffudit, et haec omnia 135 propriis et condignis instrumentis plena et ornata digessit'. cum ergo uideris | domum magnifice per omnia comptam adque ornatam, necesse est ut intellegas esse aliquem arcitectum et eius domus eximum fabricatorem: ita uidens et considerans hunc mundum uelut amplissimam et sublimem domum ad habitationem omnium nostrum conditam, intel- 140 lege sine dubio et admirare tam potentem artificem et huius operis perfectorem.

Colunt adhuc pagani et montes et arbores et fontes | et flumina, ubi et boues et oues et uniuersae bestiae depascuntur et ambulant adque lauantur. nam simulacra et idola eorum digno honore ab araneis obte- 145 guntur et a tineis uel uermibus perforantur et a muribus habitantur et a muscis conculcantur nec se ab igne uel a pluua defendunt nec a latronibus [uel furibus] uindicant. et ideo sanctus Cyprianus ad Demetrianum paganum bene dicebat 'Pudeat te eos colere quos ipse defendis, pudeat te de eis auxilium sperare | quos tueris'; 'aut quid 150 enim prestare coalentibus se possent qui se de non coalentibus uindicare non possunt?' sicut enim ad eos non pertinet quod coluntur, sic non sentiunt quod laeduntur.

Sed dicunt pagani 'Nos deos colimus uel deas quae in caelo habentur. quibus dicimus: Si deos illos dicitis uel colitis quos in uestris libris 155 audimus recitari, id est Saturnum | Iouem Mercurium Martem Apollinem Vulcanum Ascolapium ceterosque innumeros; et deas dicitis Iunonem Mineruam Venerem Dianam Cybelen Latonam uel ceteras multas: ergo si omnes illos dicitis deos, cur aliquos in stellis ponitis et aliquos non ponitis? dicitis enim Saturnum Iouem Martem uel Mercurium in 160

128. aequae V' 130. fol. 124 b V': perdita omnia usque ad deiecta (l. 135)
 132. numerusmerus V* 135. solidabit V 136. proprus ut uid V* 137.
 fol. 104 a V: mutila omnia usque ad uidens (l. 139) 140. nostrum V': nostro-
 rum V conditam V: om V' 143. et 1° V': om V fol. 125 a V' 144.
 adque V': om V 145. labantur V 146. thineis VV' uerminibus V' 147.
 pluia V* 148. uel furibus V: om V' 150. fol. 104 b V 152. quod...
 quod V': quo... quo V 153. leduntur V 156. fol. 125 b V' 158. multas
 V': om V 159. quar VV' stellis V: celis V'

130. Ps. ciii (civ) 24, 25 134. Novatianus de Trinitate (ed. Fausset p. 2 ll. 1-4)
 144. Cf. Ps. ciii (civ) 20 149. Cypr. ad Demetr. 14 (361. 15-17, 10-12)

caelo, et Neptunum Apollinem Vulcanum Ascolapium et ceteros non dicitis. an isti forte aliquid peccauerunt, et illi nihil peccauerunt ideoque eos supernas regiones adseritis possidere? cum magis | constet omnes cum essent nefarii homines et lasciui, plus tamen in criminibus esse
 165 Saturnum uel Iouem, Martem etiam et Mercurium, et plura nefanda facinora commisisse.

Nonne Vergilius uester, poeta, o pagani, ille praecipius, cuius carmina hodieque ueneramini, sic clamat de Saturno | dicens

Arma Iouis fugiens et regnis exul ademtis,
 170 unde et 'Latium de latebra eius nomen accepit', eo quod latuisset tutus in oris
 [id est fugiens in Italiae finibus latuisset]. et iterum ait
 Fauno Picus pater, isque parentem te Saturne refert, tu sanguinis ultimus auctor.

175 cum quo fugiens iste in Italiae finibus latuisset. 'hic litteras inprimere, et signare nummos in Italia primus instituit: inde aerarium Saturni uocatur. et rusticitatis hic cultor: inde falcem ferens pingitur.' hic cum uesano furore raperetur, filios deuorauit suos. [qui et operto capite, ne agnosceretur, effugit, et ita in delubris uestris formatur.] Iouem eius
 180 filium, a matre occulte subtractum. |

Videte qualem deum colitis, quem latuerit *fuga* fili.

Qui et ipse quanta nefanda facinora, quanta adulteria quantosque incestus perpetrauerit, honestae linguae conueniet magis tacere + esse + melius quam impudentius memorare. et iste in Cretensi insula habet
 185 sepulchrum ibique | despectus iacet: de isto enim et ille Vergilius dixit

Creta Iouis magni medio iacet insula ponto.

et iterum de criminibus eius breuiter conmemorauit dicens (ne tam turpia eius auribus honestis copiose ingereret)

Iouisque

190 et soror et coniunx.

162. *tr* forte isti V 163. fol. 105 a V omnes VV': *fortasse legendum* apud omnes 164. lasciuui V 166. commisisse V' 168. fol. 126 a V' 169. Iobis V 171. horis V' 172. id est . . . latuisset V: *om* V' 173. hisque V 175. cum quo . . . latuisset V': *tr* id est fugiens in Italiae finibus latuisset post in oris (*l. 171 supra*) V 177. cultor: + fuit V 178. deborauit V qui et operto . . . formatur (*l. 179*) V: *om* V' 180. occulte V': *om* V subtractum: *uidetur excidisse aliquid, sensus enim claudicat* 181. fol. 105 b V, sed usque ad et ipse (*l. 182*) *legi non potest* *fuga conieci: quid habuerit V' dici non potest* 183. esse melius VV': *sed claudicat sensus* 185. fol. 126 b V' 186. Iobis VV' 187. brebiter VV' conmemorauit *scripti*: conmemorat V conmemorat** V' ne tam . . . ingereret V': *om* V 189. Iobisque V 190. coniunx V': *coniux* V;

169, 171. Verg. *Aen.* viii 320, 323 170. Cypr. *Quod idola* 2 (20. 5) 173. *Aen.* vii 48, 49 175. hic litteras . . . pingitur: Cypr. *Quod idola* 2 (20. 5-8)
 186. Verg. *Aen.* iii 104 189, 190. *Aen.* i 46, 47

uide quam exsecrabilis habendus sit, immo potius quam detestabilis iste Iouis, qui sororem voluerit habere uxorem. pro dolor! quae inter homines sanctos habentur pietatis nomina, inter deos paganorum facta sunt foeda sacrilegia.

Nam de Marte quid dicam, qui aput Tracias natus | ibi est defunctus, 195 et ipse adulterii crimine maculosus, quique Venerem Vulcani uxorem inlicito amore contaminare temptauit? Mercurius autem, et ipse criminose natus, plerumque a uobis dicitur nunc in infernis sedibus cum Plutone et Proserpina habitare, nunc partem caeli dicitur | possidere. ergo iste nullas habet proprias sedes, sed ut uagus et miser incertis et 200 nullis propriis sedibus [fixus] semper exerrat. hos dicitis et filios et filias genuisse non ex legitimis nuptiis sed de nefandis incestis et adulteriis, sicut et ipsi nati sunt.

Adhuc autem non erubuistis Solem dicere filiam habere [et Lunam amasse Dindymionem. quis fidelium ad tantam insaniam uestram non 205 irascatur? quis uos in talibus perseverantes non omni poena dignos existimet? sicut et Saturnum filium dicitis Caeli et Iouem eius filium iterum dicitis (uel potius mentimini) Mineruam ex capite genuisse | et Liberum e femore et multa alia stulta iactantes.]

Nam et deae uestrae, o! quanta turpitudine detinentur; et miror cur 210 eas colatis, nisi quia uideri uultis turpitudinum amatores. ex quibus omnibus unam solam Venerem dicitis esse in caelo et in astris ponitis: cur non (interrogo) et Iunonem et Mineruam uel Dianam uel ceteras? an, quia Venerem dicitis speciosam, ideo eam in caelo habitare memoriatis, et istas causa foeditatis terrenis sedibus deputatis? quid illa una 215 inpidentissima femina inter tot uiros facit in caelo? quid sibi vindicat? uxor est alicuius, an mater, an soror, an filia? sed si nihil horum | est, et propter pulchritudinem tantum eam dicitis esse in caelo quae fuerit fornicaria, uide quam nefarium sit criminosa pulchritudinem dicere esse in caelo et Mineruam non dicitis, quam dicitis castam et sapientem. 220 apparent uos quia CARNALES estis potius quam SPIRITALES | qui Venerem

+ et rapti, inquit, Ganymedis honores (*Aen.* i. 28) V 192. Iobis V uxorem: + ut de ceteris eius criminibus taceamus V que V 194. feda V 195. fol. 106 a V ibi est *scripti*: ibi et V: ibique V' 196. et ipse: om V* quique V': qui V 199. fol. 127 a V' 201. propriis ut uid V: om V' fixus *scripti*: fusis V; om V' 202. genuisse: + et quod peius est (uel aliquid simile) V, fortasse recte 204. erubuistis V*: erubistis V*: erubescitis et V habuisse V et Lunam . . . iactantes (*I. 209*): om V' 208. Minerbam V fol. 106 b V 210. et: om V o quanta . . . amatores V: ipsae quas adseritis uenerandas obscenitatis uitio continentur V quur V' 212. omnibus: om V 213. quur VV' tr et interrog V' Minerbam V 214. eam V: om V' 215. feditatis VV' una V: om V 216. sibi: si ibi ut uid V 217. fol. 127 b V' 218. pulcritudinem (*d. I. 222*) V 220. Minerbam V 221. fol. 107 a V qui Venerem . . . infamant (*I. 226*) V*: omnia ob defectum codicis (nisi initia aliquarum linearum) perierunt in V

221. Cf. 1 Cor. iii 1

propter pulchritudinem et non Mineruam propter sapientiam in caelo esse uolueritis. nonne ista est Venus quam clamant uestri poetae et Vulcani et Ancisis et Adonis et ceterorum criminosa in pudicam adul-
225 teram potius quam pudicam unius uxorem?

Sed si ista falsa sunt de diis uestris, et uestrorum deorum infamant religionem, cur non exuruntur a uobis antiqui libri et prisca uolumina conburuntur? cur in picturis et signis [et in sacrariis uestris] talibus delectamini? cur hodieque in theatris ad adclamationes uestras inpuris-
230 simi striones exprimunt | ipsam in pudicam Venerem et adulterum Martem, Iouem illum principem uitiorum in terrenos amores cum suis fulminibus id est prauis desideriis ardenter nunc in plumis oloris magiis inmutatum albescere nunc aureo imbre defluere? | et cum ista geruntur fit adclamatio uestra, et ideo deos uestros quos ueneramini imitamini.
235 fiunt uobis miseris etiam religiosa delicta. sed isti omnes dii paganorum detestandi et ridendi sunt potius quam colendi.

Homines et ad iudicium uenturi sunt Christi, et sicut scribtum est QVI SINE LEGE PECCAVERVNT SINE LEGE PERIBVNT ET QVI IN LEGE PEC-
CAVERVNT PER LEGEM IVDICABVNTVR. et non erubescunt pagani tot deos
240 et deas dicere Saturnum genuisse et Iouem uel ceteros. sed si tunc 'nati sunt dii, cur non hodieque nascuntur? nisi forte', ut [iterum] sanctus Cyprianus dicebat, 'aut Iuppiter senuit aut partus in Iunone defecit'.

Item pagani uolatus auium obseruant et uoces coruorum | uel cornicularum, et in fibris et in | uisceribus pecorum fata inquirunt, et in pullis
245 et ouis euenta et uitiae cursus rimantur, et filacteria et ligaturas et incanta-
tiones et sortes faciunt. quod si totum fixum est et immobile, ut dicunt,
circa genus humanum, et iam non potest praeteriri quod decretum est,
et nihil precibus nihil orationibus indulgetur, cur ista perquirunt? sed
dicunt: Nosse uolumus quod cauere, et instantes praeterire necessitates,
250 uel si qua imminent uitiae pericula declinare. quibus dicimus: Si ergo
uitari possunt per obseruantiam quae futura sunt, iam ergo non sub fati
sorte agitur homo aut immobilis decreti, quia arbitrio suo et cautela
poterit declinare quod imminent. sed dicunt: Non poterit declinari.
dicamus ad eos iterum: Cur ergo inquiritis? cur frustra sacrificia cele-
255 bratis? cur uoces auium, cur uolatus adtenditis? | cur in fibris et ui-

227. quur VV' 228. et in sacrariis uestris: om V' 229. quur VV' 230.
striones VV': scilicet histrioines fol. 128 a V' 232. id est prauis desideriis V:
nunc aureo igne V' magiis VV': sc magicis artibus 233. nunc aureo imbre
defluere V: om V' (cf. l. 232) fol. 107 b V: deficiunt omnia usque ad (ho)mines
(l. 237) 237. homines: +****unt V' 239. eruuescunt V 241. quur VV'
iterum V: om V' 242. Iupiter V 243. obserbant V fol. 128 b V' 244.
in 2^o: om V' fol. 108 a V: mūtilus usque ad l. 249 tr pullis et in ouis V' 247.
praeteriri V' 248. praecibus V' quur V' 249. praeterire V' 252. immouilis V
quia arbitrio V: qui arbitrio ut uid V' 254-257. quur VV' 255. fol. 108 b V, 129 a V'

238. Rom. ii 12 242. Cypr. Quod idola dii non sint 3 (21. 2)

sceribus pecorum, cur in pullis et in ouis, cur in filacteriis et ligaturis et incantationibus confiditis? cur lapides et ligna adoratis? cur elementa colitis et elementorum Dominum ignoratis, qui dicit per prophetam suum INVOCAT ME IN DIE TRIBULATIONIS TVAE ET EXIMAM TE ET GLORIFICABIS ME; et iterum dicit SI CONVERSVS INGEMVERIS, TVNC SALVVS 260 ERIS?

Vis scire quantum preces ualeant, quantum inpetrent a Domino Deo orationes fidelium? inquire in libris nostris clara ueritate perspicuis: inquire de Noe, inquire de Moyse, inquire de Iesu filio Naue, inquire de Helia [uel Elisseo], inquire de Iona uel ceteris sanctis prophetis et 265 beatiss apostolis Christi discipulis, quibus totum Dominus dedit quidquid eorum fidelis oratio postulauit. inde ergo inuenies quantum preces uel orationes fidelium de Domini pietate potuerint | inpetrare: iste est Noe sanctissimus quem dicimus, | qui in illo diluvio, in illo totius mundi naufragio, inter furentes fluctus et strepitus conlidentium undique pro- 270 cellarum, per marina discrimina, per extollentium se aquarum metuenda cacumina, fretus de Domini pietate feliciter inuocabat, quiue precibus fusis ad Dominum meruit incolumis cum suis omnibus reseruari, ut miraretur et ipsa tempestas omnibus ubique pereuntibus unum solummodo cum suis superstitem euassisce. dicant pagani, si possunt, quid 275 hic fatum facere potuit; numquid omnes in illo diluvio fatum occidit? aut isti uni fatum uitam donauit? si omnes fatum occidit, cur non et istum? si huic fatum uitam donauit, cur non et omnibus? sed uere uirtus et potentia omnipotentis Dei haec sine dubio fecit, qui peruicacibus et contemnentibus tribuit poenas, et iustis et sua praecepta ser- 280 uantibus salutem | incolumitatemque | largita est. quid et de sancto Moyse dicam, qui precibus Aegyptum uicit et decem plagis adfecit et filios Israhel exinde ereptos pelago famulante transiecit, ut sicco pede populus Dei inter fluitantes muros undarum et gelantium montes aquarum cum hymnis et canticis et diuinis laudibus pertrans- 285 isset? quid de glorioso Iesu filio Naue dicam, qui a magistro Moyse in nullo uirtutis merito degenerasse cognoscitur, quiue ad debel-

258. prophetam V' 259. suum V *ut uid: om* V' me: om V 260. et V *ut uid: om* V' 263. in libris nostris in libris V 264. Noe V: Noae V' de Iesum V' 265. uel Elisseo V, cf. *infra l.* 294: *om* V', cf. l. 294 prophetis VV' 266. quiquid V' 267. quantum . . . potuerint (-runt V') V': quantitate potuerint V, *omissis uerbis* tum preces uel orationes fidelium de dei pie, *scilicet* 36 litteris, *quae uel uni uel duabus archetypi lineis ueri simile est respondere* 268. piaetate V' fol. 109 a V 269. fol. 129 b V' diluuiuo V: diluuiuo V' in 2^o V': *om* V 272. piaetate V' inuicabat *ut uid* VV' 276. diluuiuo V 277. quur (*et l. 278*) VV' 280. praecepta V' 281. fol. 109 b V, *sed usque ad* gelantium (*l. 284*) *uix legibilis* fol. 130 a V' sancto *ut uid* V' 282. praeceptis V' 283. pelagu V' 286. qui de *ut uid* V 287. quiue V: qui V'

259. Ps. xl ix (l) 15 260. Esai. xxx 15 271. Cf. S. Maximi Serm. xv l. 5
(J. T. S. xvii 228)

landam Hiericho ciuitatem profectus precibus suis uelut quodam fulmine Hiericho muros sine mora deiecit, et usque ad fundamenta prostrauit; qui etiam solis citatissimos cursus supra Gabaon orando tenuit et lunae uias supra Faranga sua interdictione compressit, usquequo omnes aduersarios superaret? quid de Helia sanctissimo dicam, qui merito fidei clauem imbrium gestabat in labiis, de qua clausum | triennio | et sex mensibus caelum iussione iterum sui sermonis aperiret? quid de beato Iona dicam, qui inmanis ceti limosis faucibus raptus, cum portam ferini uentris intrasset, inter indigestos beluae cibos et semensa corpora naufragorum ab oratione non destitit, et totum a Domino quidquid postulauit accepit? cui uelut nauis fidelis illa belua fuit, et perductum ad ripam sicut acceperat integrum representauit. omnes etiam sancti prophetae merito fidei suae, ut diximus, multas uirtutes et multa mirabilia perfecerunt: beati etiam apostoli et confractos [uiribus] restituebant, et infirmos curabant et mortuos suscitabant, et nihil a fato petebant sed omnia Dei uirtute et Christi auxilio adiniplebant. |

Ergo reiectis et spretis diis paganorum, fratres dilectissimi, dicamus quod uerum est et fidei nostrae sacramenta loquamur.

'Unus est igitur omnium | Dominus Deus,' sicuti et sanctus Cyprianus confessus est, 'neque enim illa sublimitas potest habere consortem, cum sola omnem teneat potestatem.' hunc unum Deum nouit et ueneratur ecclesia, qui omnia 'quaecumque sunt uerbo iubet, sapientia format, ratione dispensat, uirtute consummat. hic nec uideri potest (uisu clarior est), nec conprehendi (tactu purior est), nec aestimari (sensu maior est), et ideo sic eum digne aestimamus dum inaestimabilem dicimus.' hic est, inquam, Dominus Deus noster, quem et ipsi ratione superati paganorum philosophi, etsi non uenerantur, tamen agnoscunt Deum. ideo quidem non uenerantur, quoniam in iniuriam ipsius creatoris multos adserunt deos | et honorem, ut diximus, creatoris deferunt creature. ergo hunc Dominum Deum nostrum, uelint nolint, et ipsi philosophi [ueritate compressi] et inuisibilem adserunt et omnium | praepotentem.

288. praecebus V' 293. fol. 110 a V: *dimidium linearum singularum mutulum usque ad l.* 295 *cibus raptus* fol. 130 b V' 294. aperire *ut uid* V': *sequitur in V ut uidetur clausula de Helisei miraculis:* quid de Elisso dicam qui miracula lis memo defunct uitam mortuo prestisit 296. *ueluae ut uid* VV' ciuos V *semensa VV', sc semesa* 298. *uelua VV'* 299. *presentauit* V' profetae VV' 300. *suae V: om* V' 301. *uiribus V: om* V' 303. *adiniplebant* V: *inplebant* V' 304. fol. 110 b V *dilectissimi V: om* V'! 306. fol. 131 a V' 307. *confessus est: + dicens V* 308. *omnem teneat V': habeat V* 309. *aeclesia V'* 314. *philofhi V** *philosofhi V'* 316. fol. 111 a V 317. *philophi V** 318. *ueritate compressi V: om* V' fol. 131 b V' *prepotentem V*
290. Ios. x 12 (*κατὰ Γαβαών . . . κατὰ φάραγγα Αἰλάνων*) 307. Cypr. *Quod idola 8* (25. 14, 15) 309. *quaecumque . . . dicimus* (l. 312): Cypr. *Quod idola 8, 9* (26. 7-11) 317. Cf. Rom. i 25

in quo 'praecipiuus Ostenes formam huius ueri Dei negat conspici posse, et angelos ueros sedi eius dicit adsistere. in quo et Plato pari ratione 320 consentit et unum deum praedicans ceteros angelos uel daemonas dicit. Hermes quoque Trimegistus unum deum fatetur, eumque inuisibilem adque inconpraehensibilem confitetur.' hunc ergo nos in ueritate [confitemur et] nouimus et fatemur omnipotentem Deum, cuius opus est mundus, qui CAELVM SVSPENDIT VT CAMERAM, qui TERRAM FVNDAVIT 325 SVPER aquam, maria soluto liquore diffudit, et miro libramine ex omni parte compositam totam huius mundi molem ipse continet fabricator, ipse solis uaporiferos | dirigit cursus, ipse lunae globum lactea puritate completem agit legibus suis, ipse caelum diuersorum siderum speciosa uarietate depinxit, ipse montes et colles, 330 campos et ualles, ipse | diuersa animalia cum uniuersis fetibus suis, benigne utiliterque praeparauit, ipse fontes et flumina concauosque torrentes, ipse spatioum mare et liqueuentes undarum campos marmoreis fluctibus longe lateque diffudit, et uisibilia et inuisibilia cuncta in Christo filio suo Domino nostro perfecit, sicut scribtum est quia IN Christo 335 CREATA SVNT OMNIA, adtestante apostolo Paulo, QVAE SVNT IN CAELO ET QVAE SVNT IN TERRA, VISIBILIA ET INVISIBILIA.

Ergo unus Deus, fratres, adorandus est solus, sicut scribtum est DOMINVM DEVVM TVVM ADORABIS ET IPSI SOLI SERVIES. ipse diligendus est, dicente scribtura DILIGES DOMINVM DEVVM TVVM EX TOTO CORDE TVO 340 ET EX TOTA ANIMA TVA | ET EX OMNI MENTE TVA ET EX OMNI SENSU TVO.

Sequitur PROXIMVM TVVM SICVT TE IPSVM : quis praecipue, rogo, PROXIMVS nobis quam Dominus noster Iesus Christus, QVI CVM IN FORMA DEI ESSET CONSTITVTVS FORMAM SERVI ACCEPIT? et VERBUM CARO FACTVM EST | ET HABITAVIT IN NOBIS, qui dicitur EMMANUEL ID 345 EST NOBISCVM DEVS, ut perditum et diu iacentem hominem restauraret et in semetipso regnis caelestibus sociare, QVIA PER HOMINEM MORS ET PER HOMINEM RESVRRECTIO MORTVORVM : SICVT ENIM IN ADAM OMNES MORIVNTVR, ITA IN CHRISTO OMNES VIVIFICANTVR. ipse est qui dicebat

319. precipiuus V	321. predicans V	demonas V	322. trimegistus
V' : triomegistus V	cumque V	323. confitetur V	confitemur et V : om V'
325. fundabit V'	326. maria ... diffudit V : om V'	328. fol. 111 b V	lunae :
post lunae euauuit in V' uocabulum sex litterarum, quarum ultimae - um			329. suis
V' : om ut uid V	331. fol. 132 a V'	332. preparabit V	334. cuncta V :
+ que V'	341. ex V : om ut uid V'	fol. 112 a V	et ex omni mente ... sensu
tuo V : ex omni uirtute tua V'	342. praecipuae V'	345. fol. 132 b V'	qui
			dicitur ... ipse est (l. 349) V' : om V
V' : quique V	347. sociare ut uid V'	349. ipse est qui	

319. praecipiuus Ostenes (Ostanes Cypr.) ... confitetur (l. 323) : Cypr. Quod idola	6 (24. 1-6)	325. Is. xl 22	Ps. xxiii (xxiv) 2	335. Col. i 16	339. Matt.
iv 10, Luc. iv 8 (Deut. vi 13)				340, 342. Luc. x 27 (Deut. vi 5, Lev. xix 18)	343.
Phil. ii 6, 7	344. Io. i 14	345. Matt. i 23	347. 1 Cor. xv 21, 22		

350 HAEC EST VITA AETERNA VT COGNOSCANT TE [SOLVM] VERVM DEVVM ET
QVEM MISISTI IESVM CHRISTVM.

Iste Iesus Christus filius Dei, qui IN PRINCIPIO ERAT VERBVM APVT
DEVVM, a Sybilla ἡγετη greco nomine quod significat Piscis appellatus est,
eo quod mundi uel saeculi huius mare ingressurus esset. nam et littera-
355 rum ipsarum grecarum considera ingens mysterium : ἡγετη, ι iota hoc est
Iesus, χ chi id est Christos, θ theta Theu, γ Ios, σ sigma Soter, quod latine
explanatur ‘Iesus Christus Dei filius saluator’: in capite istae litterae
continentur grecæ, ἡγετη. harum quinque litterarum grecarum mysterium
hoc est.

360 Quaeri ergo magno | opere debet ueritatis agnitio, quam nemo alias
potest adsignare nisi uerus iste propheta ‘Iesus Christus Dei filius
saluator’. haec enim porta est uitae uolentibus ingredi, et iter operum
bonorum pergentibus ad ciuitatem salutis. et sancti apostoli Petri pro-
secutionem ‘contra paganos’ factam huic exiguo operi inseramus.

365 Audite: ita adseruit de Domino Christo ipse beatus Petrus dicens:
‘Si quis sane audiens sermonem ueri prophetae uelit recipere aut nolit,
et amplecti onus eius, id est mandata uitiae, habet in sua potestate:
liberi’ inquit ‘sumus arbitrii. si hoc esset, ut audientes eum iam non
haberent in potestate aliud facere quam audierant, uis erat quaedam
370 naturae per quam liberum non esset ad aliam migrare sententiam: aut
si rursus ex audientibus nullus omnino reciperet, et hoc naturae uis erat
quae unum aliquid fieri cogeret et alteri | parti non daret locum. nunc
autem quia liberum est animo in quam uelit partem declinare iudicium
suum, et quam probauerit eligere uiam, constat euidenter inesse homini-
375 bus arbitrii libertatem.’ ‘propter quod consilium do unicuique discenti-
tum libenter prebere aurem uerbo Dei et cum amore ueritatis audire
quae dicimus, ut mens optimo semine suscepto per bonos actus laetos
adferat fructus.’ ‘ab initio’ enim ‘duo regna statuit Deus, et potestatem
dedit unicuique hominum ut illius regni fiat portio cui se ad obediendum
380 ipse subiecerit. et quia definitum est apud Deum non posse unum homi-
nem utriusque regni esse seruum, omni studio date operam in boni regis
foedus ac iura concurrere. propter hoc denique uerus propheta, cum
esset presens nobiscum et quosdam ex diuitibus neglegentes erga Dei

350. solum V: om V' 351. christum: desinit V', ita ut abhinc usque in finem
secundum solum V constituantur textus noster 356. sigma: symma ut uid V 357.
iste littere . . . grece V 360. fol. 112 b V 361. propheta V 363. petrus ut
uid V 366. si quis sane audiens: om V*, supplet supra lineam manus prima
prophetae V 367. amplecti onus V: amplexiones Recogn. ed 368. si: praem
nam Recogn. ed 372. fol. 113 a V 376. preuere V audite ut uid V 377.
homine suscepta ut uid V 382. propheta V 383. nelegentes ut uid V

350. Io. xvii 3 352. Io. i 1 353. Orac. Sibyll. viii 217 366. Recogni-
tiones S. Clementis interprete Rufino Aquileiensi lib v cap 6 ed. Cotelier-Le Clerc,
Amstelaedami A. D. 1724, tom I p. 548 375. ib v 8 (I 549) 378. ib v 9, 10 (I 549)

cultum uideret, huius rei ita aperuit | *ueritatem*; NEMO POTEST inquit DVOBVS DOMINIS SERVIRE. NON POTESTIS DEO SERVIRE ET MAMONAE; 385 MAMONA patria eorum uoce diuitias uocans. hic ergo est uerus propheta, qui in Iudea nobis apparuit, qui stans publice sola iussione faciebat caecos uidere, surdos audire: fugabat daemones, aegris sanitatem reddebat et mortuis uitam. cumque nihil ei esset impossibile, etiam cogitationes hominum peruidebat, quod nulli est possibile nisi soli Deo' 390 et reliqua. usque hic prosequitur Petrus.

Christus ergo dicebat HAEC EST VITA AETERNA VT COGNOSCANT TE SOLVM VERVM DEVUM ET QVEM MISISTI IESVM CHRISTVM. in hac agnitione, fratres, EST VITA AETERNA: nam audite, scribturna sanctorum euangeliorum referente de summo Deo patre et filio eius Iesu Christo: 395 IN PRINCIPIO inquit ERAT VERBVM, id est filius, ET VERBVM ERAT APVT DEVUM, apud genitorem suum, | unus apud unum, deus *apud deum*. ergo et VERBVM ERAT APVT DEVUM et DEVIS ERAT VERBVM dei filius: VERBI nomine nunc utamur. erat IN PRINCIPIO

OMNIA PER IPSVM FACTA. 400

SVNT	dicis in	de rationis	lege
hoc capitulum		dicens ET VERBVM CARO	

FACTVM EST ad uelamen fulgoris sui

interpretem sermonis sui edocuit uolumtatem patris, ipsumque summum deum credendum tradidit; et sic 405 passione completa ipsum quem adsumserat hominem sacrificium obtulit patri, totius mundi faciens redemptonem.

Iterum sancti Petri interponimus expositionem. ‘Agnoscite’ inquit ‘ueritatem et separamini | a seductionibus nocui serpentis qui callidis fraudibus decipere homines quaerit.’ ‘interset ergo ille sensibus uestris 410 opiniones quorūcumque deorum, ut uos ab unius Dei reuocet fide, sciens peccatum uestrum suum esse solacium.’ ‘ex ipso sunt omnes errores et ambiguities quibus a ueri Dei credulitate conturbamini.’

Alii autem dicunt paganorum: ‘Unum esse et nos dicimus Deum qui est omnium dominus: sed et isti, inquit, dii sunt. sicut enim unus est 415 Caesar et habet sub se multos iudices, uerbi gratia prefectos consules tribunos et ceteras potestates: simili arbitramur modo, cum unus sit

384. fol. 113 b V 385. serbire V 386. mamone V 391. petri *ut uid* V
 394. audi *ut uid* V scribturna... referente *ut uid* V: *fortasse legendum* scribturnam ... referentem 395. aeuangeliorum V 397. fol. 114 a V 404. interpretem V: *fortasse legendum* interpretationem 407. redemtionem V 408. agnoscite ... quaerit (l. 410): *sensus ad initium cap. xvii* Recogn. ed, *uerba tamen non inuenio* 409. ueritate *ut uid* V fol. 114 b V 410. ille: *om* Recogn. ed 411. ut V *ut uid*: *praem* tantum Recogn. ed 412. ex ipso V: + ergo Recogn. ed 413. a uer(i di cre)dulitate V *ut uid*: ab unius Dei fide et credulitate Recogn. ed 414. Alii autem dicunt *suppleui*: *mutilus* V

384. Mt. vi 24 392. Io. xvii 3 396. Io. i 1 410, 412. Recogn. S. Clem.
 v 17 (I 550) 414-437. ib v 19, 20 (I 551)

maior omnium Deus, etiam istos ad similitudinem earum quas diximus potestatum ordinatos esse in hoc mundo deos, illi quidem maiori 420 subiectos, nos tamen et quae in hoc mundo sunt dispensantes. | audite ergo ad haec', uos pagani, 'quomodo in his ipsis quae ad deceptionem proponitis ueritatis rationibus confutemini. dicitis quia locum Caesaris teneat Deus, iudicium uero eius et potestatum speciem seruent hii qui dicuntur dii. seruate ergo, ut proposuistis, exemplum 425 Caesaris et scitote quia sicut nulli ex iudicibus uel administratoribus, id est prefectis uel proconsulibus uel ducibus uel tribunis fas est Caesaris nomen inponi—alioquin et ille, si suscepere, et illi qui detulerint pariter interibunt—ita et de hoc debetis aduertere, quod si qui nomen dei alicui- 430 quam preter ipsum inposuerit et ille repererit, unum eundemque sortientur interitum, multo deteriore forte quam ministri Caesaris. hic enim qui delinquit in Caesarem interitum suscipiet temporalem, qui uero in unum qui solus est uerus Deus delinquit in saeculum | luet poenas. et merito, qui nomen quod est unicum iniuriosa conditione uiolauerit. quamuis hoc ipsud "deus" non nomen sit Dei, sed homini- 435 bus interim uocabulum istud quasi pro nomine eius concessum est. quod tamen, ut dixi, cum contumeliose tractatur, ad ueri eius nominis refertur iniuriam.' 'sed Caesaris quidem nomen nulli alii audetis inponere, quia reum suum statim punit, Dei uero audetis quia reum suum punire propter penitentiam differt.'

440 Alii pagani dicunt: 'Nos adhuc melius facimus, qui et ipsi' summo Deo 'et omnibus cum ipso gratias agimus'. quibus dicendum est: 'Tale est hoc quale si quis aeger ad medellam sui et medicum et uenenarios uocet, cum illi nocere quidem possint uenenarii et curare non possint, uerus autem medicus uenenis illorum recuset sua medicamenta 445 miscere, ne aut pernicies bono aut | sanitas nocentibus adscribatur. dicis: Ergo indignatur aut inuidet Deus, si cum ipse bene faciat, aliis gratiae referantur? etiam si non indignetur, non uult tamen erroris

419. maioris *ut uid* V 421. fol. 115 a V uos pagani: *has uoces inserit noster*
 425. administratoribus V: + Caesaris Recogn. ed 427. *si ut uid* V: qui Recogn. ed 428. qui V: quis Recogn. ed alicuiquam *pro uno uocabulo habendum*: alicui quam *distinxit* Recogn. ed 430. deteriore forte V: deteriore sorte Recogn. ed 431. delinquit V: delinquit Recogn. ed 432. solus est uerus V: solus et uerus est Recogn. ed delinquit V fol. 115 b V luet: luit *ut uid* V 433. qui *ut uid* V: ut qui Recogn. ed condicione *ut uid* V 434. ipsud *ut uid* V: ipsum Recogn. ed nomen: *fortasse legendum* proprium 438. qui *ut uid* V: quia Recogn. ed 439. difert *ut uid* V 440. nos . . . facimus V: sed melius inquit facimus nos Recogn. ed summo deo: *addidit noster* 441. quibus dicendum est: *nostri sunt uerba* 442. eger V et medicum V: medicum pariter Recogn. ed 443. uocet V: inquiet Recogn. ed nocere quidem *scripti cum* Recogn. ed: quidem nocere quidem V uenenarii et V: *om* Recogn. ed 445. fol. 116 a V 447. erroribus *ut uid* V

auctor existere, ut sui operis benefici inani idolo fides detur.' Deus uero 'animam sibi gratias agentem proximam sibi et familiarem facit, ingratam uero malus possidet *daemon*'. 'et quamuis in presente saeculo 450. Dei bonitas aequaliter piis et impiis mundi lucem ac terrae ministeria largiatur, tamen non absque dolore sui lucem sol impiis præbet, ceteraque elementa exhibent seruitutem. denique interdum etiam, contra bonitatem conditoris, fatigata sceleribus impiorum uincuntur elementa : exinde est quod aut terrae fructus corruptitur, aut aeris temperies teme- 455. ratur, aut supra modum ardor solis incenditur, uel imbrum aut rigor uis immensa diffunditur. | inde lues et fames et mortis facies diuera percurrit ; festinat enim creatura in impios mouere uindictam. Dei tamen bonitas reprimit eam et ab indignatione improborum refrenat, ac suae misericordiae cogit oboedire magis quam peccatis hominum et 460 sceleribus inflammari : expectat enim patientia Dei, dum in hoc corpore sunt, hominum conuersionem. quod si usque ad exitum uitae in impietate perstiterint, tunc iam discedens anima quae inmortalis est pro impietatis suaue perseverantia huit poenas inmortales.' 'nos uero', ait ipse sanctus Petrus, cuius haic adsumsimus disputationem de historia beati 465 Clementis eius discipuli et nostris in adiutorium sociauimus dictis, 'nos' ergo ait 'ad hoc missi sumus ut prodamus uobis latebras' antiqui serpentis 'et ABSOLVENTES INIMICITIAS RECONCILIEMVS | uos DEO, ut ad ipsum conuertamini et placeatis illi in operibus bonis'.

'Sed fortassis aliqui ex uobis dicent : Nihil curae est Deo de rebus 470 humanis ; et cui ne ad notitiam quidem possumus peruenire, quomodo ad amicitias perueniemus ? quod Deus curam gerat humanarum rerum ipsa mundi gubernatio testis est, cui sol cottidie deseruit, cui imbræ ministrant, cui fontes flumina uentique et omnia famulantur elementa. quae quanto potiora hominibus uidentur, tanto curam Dei esse erga 475 homines indicant : nisi enim potestate excelsi numquam potiora inferioribus ministrarent. et per hoc non solum curam Deus erga homines

448. benefic V? : beneficio Recogn. ed 450. demon *ut uid* V 452. doloris *ut uid* V prebet V 453. exhibet V 455. exhibe V et inde Recogn. ed 456. aut rigor ut *uid* V : ac frigorium Recogn. ed 457. fol. 116 b V 459. eam V : ea Recogn. ed improborum *ut uid* V : impiorum Recogn. ed 460. tr. obediens cogit Recogn. ed 462. si usque *ut uid* V : si qui Recogn. ed impiaetate V 463. tunc V : tum Recogn. ed 464. luit V : luet Recogn. ed inmortales : cum praecedentibus coniungit V, cum sequentibus ('inmortales . . . animae') rectius Recogn. ed 465. de : di V 466. nos ergo V : sed nos Recogn. ed 467. antiqui serpentis V : eius (sc. serpentis) Recogn. ed 468. fol. 117 a V 469. illi V : ei Recogn. ed 471. cui V : cuius Recogn. ed 473. ipsa *ut uid* V : ipsius Recogn. ed guernatio V 474. aelementa V 475. potiora V : notiora minus recte Recogn. ed cura *ut uid* V 477. di *ut uid* V

. 450-464. ib v 27, 28 (I 552, 553) 464-469. ib v 28 (I 553) 468. Cf. Eph. ii 14, 16 470-479. Recogn. S. Clem. v 29 (I 553)

sed et grandem quendam habere docetur affectum, quorum ministerio tam paeclara mancipauit elementa.' 'sed dices: Quid enim laeditur 480 Deus, si et ista coluntur a nobis? si quis uestrum honorem | patri debitum, a quo plurima beneficia consecutus est, alteri deferat, et alienum adque extraneum quasi patrem colat, non tibi uidetur impius existere in patrem et exheredatione dignissimus?'

Sed et alii dicunt pagani: 'Illum' Deum 'cognoscere non potuimus, 485 istos autem ceteros et nouimus et in affectu habemus. esto, non potueris cognoscere quid sit deus; quid tamen non sit deus, per facile scire potuisti. nam quomodo latere potuit hominem quod lignum aut lapis aut aes uel alia huiusmodi materia deus non sit? quod si in his quae facile reprehendere potuistis animum ad discutiendum noluistis intendere, certum est quia et in agnitione Dei impediti estis non impossibilitatis sed ignauiae uitio. nam si uoluissetis, ex his ipsis inutilibus simulacris profecto accepissetis intellegentiae uiam. | certum est enim quia per ferrum facta sunt simulacra, ferrum uero per ignem confectum est, qui ignis aqua extinguitur, aqua autem per spiritum mouetur, spiritus 490 autem a Deo initium habet. sic enim dicit propheta Moyses SPIRITVS DEI ERAT SVPER AQVAS'. usque hic in posterum diem

ad nocendum seducentibus *homines* 500 daemonibus, ut quasi miracula haec inutilia perficerent. nam *quid prode* est ambulare statuas, *latrare* canes *aereos* et lapides *uolare* per aerem, ignis effici, mutari per uarias figuras, et cetera quae Simonem illum magum uel ceteros fecisse accepimus? nam et Iamnes et Mambres faciebant magias contra | Moisen in Aegypto. permissum est enim 505 diabolo in hoc saeculo ad tempus aliqua facere ad seducendum infideles, ut magis in fide enitescat fidelium mens et persistat in dilectione et timore Dei nec uincatur a malo neque consentiat ei. et *pythones* futura uel occulta loquuntur, et non sunt omnino colendi. aliquotiens daemonicis spiritus et futura et occulta dicunt: faciunt quidem haec non 510 diuinitate sed malignitate et curiositate, ideo (sicut dictum est) ut sedu-

479. leditur V 480. coluntur V: colantur Recogn. ed sol. 117 b V 481.
alteri *ut uid* V: alii Recogn. ed 484. sed et alii: *ad lacunam supplendam*
conieci deum V *ut uid*: om Recogn. ed 485. ceteros V *ut uid*: om
Recogn. ed 490. et V: om Recogn. ed 492. fol. 118 a V 495. propheta
V tr Moyses propheta Recogn. ed spiritus V: *praem* in principio . . . super
abyssum et (e Gen i 1, 2) Recogn. ed 501. latrare . . . uolare: *in V legi non*
possunt, collatis Recogn. ed iii 60, x 66 *suppleui* hereos *ut uid* V 504. face-
bant *ut uid* V fol. 118 b V 507. pitones V 508. locuntur V 509.
demonici V

479-483. ib v 29 (I 553) 484-496. ib vi 6, 7 (I 556) 495. Gen. i 2 501.
Cf. Recogn. S. Clem. iii 60 (I 535) x 66 (I 601)

cant et decipient. ‘spiritus sunt uagi et insinceri’, perublantes et perscrutantes.

Nam uere illi sunt sancti famuli, et uere illi ministri Dei, qui signa faciunt salutis et uitam mortuis tribuunt et daemonas fugant—unde et uere ad Deum pertinere noscuntur, cuius lumine inluminant caeos, 515 uirtute sanant infirmos, misericordia mortuos suscitant, qui in nomine Christi ad similitudinem eius multas et fecere uirtutes. horum fidem sectemur, horum caritatem sequamur, horum opera facere enitamur, innocentiam et mansuetudinem eorum seruemus: et sempiterno adque inuisibili Deo per aeternum et beatum filium eius semper honorem de- 520 feramus, laudes et gratias praemittamus, adorantes et confitentes ipsum in Spiritu sancto, cui est gloria et maiestas in saecula.

AMEN.

DEO GRATIAS SEMPER.

A. SPAGNOLO.
C. H. TURNER.

511. et 1º: ut *ut uid* V 513. sancti: *fortasse praemittendum spiritus (sp̄s sc̄i)*
514. et 1º *suppleui*: *om* V 517. fol. 119 a V multas et facere et fecere V
518. caritate *ut uid* V

511. spiritus . . . insinceri: Cypr. *Quod idola* 6 (23. 12) 514-516. Cf. *Recogn.*
S. Clem. x 66 (I 601) 519. Cf. 1 Tim. i 17